

Sermo

5

hec latibulum poteris inuenire.
 Quosdam superbiunt de simulata san-
 ctitate: ut ypocrite. et tales illudunt do-
 mino in alba veste. Contra quos ipse
 dominus ait **Matth. xxiii.** **Ne vobis**
 qui similes estis sepulchris dealbati.
 que foris patent hominibus speciosa.
 intus vero sunt plena ossibus mor-
 tuorum et omni spurcicia. **Apostolus quo-**
que dixit a nanie principi sacerdotum
Actu. xxiii. **Percutiet te deus pari-**
es dealbati. Alij superbiunt de mu-
 di vanitate. scilicet in habitu pomposo. In
 certis floreis. In sceptro potentie se-
 cularis. Et tales illudunt domino more
 militum. Si enim aliquis purpuratus:
 genua flecteret ante pannosum pec-
 cubio verideret eum. Eodem modo
 viri et mulieres ornate ad ecclesiam
 venientes: crucifixum non salutant: sed
 illudunt. **Unde pri. cbi. ij.** **Mulie-**
res cum verecundia et sobrietate orna-
tes se. non in tortis crinibus. aut auro
aut margaritis. aut veste preciosa: sed
quod decet mulieres pietatem per om-
nia bona. **Unde dicit glosa.** Qui enim
 vult audiri: inclinare se debet amota
 a se pompa huius mundi ut miseri-
 cordiam prouocet. habitus enim pre-
 ciosus improprie non impetrat. nec
 recta de se credi facit. **Ecce qualiter**
illuduntur a superbis. **Sed dicit pro-**
uerbi. ij. **Delusores ipse deludet.**
Flagellatur a tyrannis a quibus pau-
peres a negocijs et iniurijs impetun-
tur. **Unde psal.** **Fui flagellatus tota**
die. **Contra quos dominus ait psal. ij.**
Quare auertis populum meum. im-
portabiles angarias imponendo. et fa-
cies pauperum commolitis id est fame
attenuatis: bona eorum diripiendo. vos

tricesimus sextus

6

enim depasti estis vineam meam. scilicet
 ipsos pauperes qui quotidie propinant
 deo vinum compunctionis et deuo-
 tionis sue. **Rapina pauperis in domo**
vestra. scilicet pignora que tolluntur
 de domo sua quando non habere unde
 soluat tributum. **Ihere. ij.** **In alis**
cuis inuetus est sanguis aliquorum
pauperum et innocetum. **Conspuit**
a luxuriosis: qui faciem dei. scilicet as-
sumam suam ad ymaginem dei creatam
turpitudine libidinis maculat et de-
turpant. **Unde leui. xi.** **Molite ex-**
aminare animas vestras. nec tangatis
quicquam eorum scilicet immundorum ne
immundi sitis. **Unde prouerbio. vj**
Qui ingreditur ad mulierem prox-
imi sui: non erit mundus cum tetigerit
eam sensu: vel tactu impudico. **Ec-**
clesiasti. xij. **Qui tetigerit picez: in-**
quinabitur ab ea. **Hoc spiritum dyabo-**
lus per suggestionem pronunciat in facie
peccatoris. et ex eo anima misera turpis
fit et leprosa. **Unde dominus ait Nu-**
me. xij. **Si pater eius. scilicet dyabolus**
spuisset in facie illius nonne deberat
saltem septem diebus rubore suffundi.
.i. toto tempore de peccato verecundari.
Occiditur a quolibet peccatore: dum
in se. vel in alio caritatem extinguit.
quod sicut dicitur prima Joh. iij. **De-**
us caritas est. Quotiens enim quis ite-
rat peccatum quantum in se est omnium
iterum crucifigit. **Unde hebreo. vi.**
Rursum crucifigentes sibi metipsis
filium dei. et ostentui. id est irrationi
habentes. ut dicit glosa. **Iuste enim**
crucifigunt filium dei. et contume-
lijs afficiunt hunc. qui gratiam eius
vilipendentes in peccatis iacent. **Ca-**
les rei sunt mortis christi: non sicut